Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.

Wien, 1799 Seite 725

Quelle:
Copyright:

ſtianam militiam in baptiſmate profeſſi eſtis &c. et fine: *de die in diem proficiat.*

VI. *fol.* 65. p. 2. *De ſignificationibus indumentorum ſacerdotalium. Cuius ſupra in Synodo.* Eſt *Sermo* III. edit. p. 265. et incipit: *Quia ſanctitatis miniſterium* (edit. ſanctitas miniſterii) *ſanctitatem miniſtrorum* &c. Finit vero: *audientium iſta ſufficiant.*

VII. *fol.* 71. p. 2. *De conuenientia ueteris et noui ſacerdocij. cuius ſupra.* Eſt *Sermo* V. edit. p. 272. et incipit: *Beneficia quę pro ſaluandorum reconciliatione* &c. Finit: *non ualuit dicere, quod uoluit.*

VIII. *fol.* 91. p. 2. Sermo abſque rubrica incipiens: *Corruptum peccatis originalibus et actualibus mundum* &c. Eſt *Ivonis* VI. p. edit. 284. inſcriptus: *Quare Deus natus et paſſus ſit*, et finit: *uel humana cogitacio comprehendere.*

IX. *fol.* 95. p. 2. rurſus abſque rubrica Sermo, qui incipit: *Duo ſunt kariſſimi quę principaliter attendere debet humana circumſpectio* &c. Eſt ejusdem *Sermo* XXII. in edit. p. 300. inſignitus: *De Oratione Dominica*, et finiens: *et omnia corrupta integritati reſtituat. Preſtante domino noſtro* &c. En igitur de XXIV. egregiis *Ivonis Sermonibus*, quos exhibet Editio *cit.* VII. qui calami adcuratione editis parum concedunt.

CCCXXXVI.

R. 3260 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. nunc 176. f. luculente, nitideque perſcriptus, ac minio diſtinctus continet ſequentia: I. *Incipit liber Sancti Auguſtini epiſcopi. De Agone chriſtiano.* Locum e L. II. *Retract.* c. 3. praemiſſum: *Liber de Agone chriſtiano fratribus in eloquio* &c. Librarius *Praefationem* inſcripſit. Opus ipſum init: *Corona victorię non promittitur* &c. Textus cum Edit. *Maur.* T. VI. *Opp. col.* 245. collatus mendis non vacat, rectius tamen c. 2. ſub initium legit: *Ibi ergo vincuntur inimicę nobis inuiſibiles poteſtates, ubi uincuntur uiſibiles cupiditates,* quam *inviſibiles cupiditates.*

II. *fol.* 13. *Incipit liber de opere Monachorum.* Praeit eodem modo *Praefationis* titulo Locus e *Retract.* L. II. c. 21. *Ut de Opere Monachorum librum ſcriberem* &c. Initium Operis: *Juſſioni tuae ſancte frater Aureli* &c. ut T. *cit. col.* 475. Dabo et hic diſcrepantis lectionis ſpecimen e c. 1. *paternæ et fraternæ caritatis inſpirans.* Codex omittit *et fraternæ*, recte fortaſſe; nam de Epiſcopo ſermo eſt. *Ad eorum correctionem quid dicendum.* Codex plenius: *ad eorum correctionem et ad implendum noſtri epiſcopatus officium contra diſſerendum;* erat enim et *Auguſtinus* jam Epiſcopus, dum hunc Tractatum ſcriberet, ut vel e ſuperiore *frater Aureli* liquet. *De uictu et tegumento noſtro eſſe ſecuros.* Codex magis ad verbum Evangelii: *de uictu et tegumento non eſſe ſollicitos. Ab æſtu ſæculi veniunt fatigati.* Codex *ab ęſtu ſolis* &c.